

**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

202. An Principes statuentes, ne in eorum statu possint ædificari de nouo  
Ecclesiæ, & Monasteria sine eorum licentia, derogent Immunitati  
Ecclesiasticæ? Et an Constantinus Imperator concesserit ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76442](#)

# De Immunit. Eccles. Resol. CCI. &c. 197

cum DD. in c. Ecclesia, & Cardinalis Tuschus tom. 5.  
conclus. 342. num. 39.

4. Quartò, quando Clerici efficerentur determinatis conditionis quam laici. Ita Felinus in dicto cap. Ecclesia, num. 111. Pechius de amortizat. cap. 6. Zabarelli in cap. peruenit, de immunit. num. 3. & Probatum ex cap. quanto, de priuilegiis, & ex cap. fin. de immunit. Ecclesia 6.

5. Et quinto, illa statuta sunt contra libertatem Ecclesiasticam, quae sunt apta affere Ecclesias & Ecclesiasticis personis semper incommodum; ut notat Felinus in d. cap. Ecclesia, num. 69. etiam si indirecte noceant Ecclesias, quamvis dispositio & statutum non disponat super illis, super quibus Ecclesia habet specialia priuilegia, vt patet ex cap. quanto 26. de priuilegiis, & probat Felinus ubi supra, num. 104. & Tuschus num. 140.

6. Sunt etiam præter predicta, aliqua statuta contra immunitatem, de quibus supra dictum est, vnde infert cum Angelo de Perusio consil. 48. Felino in d. cap. Ecclesia, num. 148. Lapo allegat. 92. & Pechio de amortizat. c. 6. quam periculosa sit hac materia statutorum, ne ladt immunitatem Ecclesiasticam: vnde aduentar Confessarij, vt ab huiusmodi statutis ferendis pœnitentes deterrent.

## RESOL. CCI.

Quando sumus in dubiis, an aliquod statutum sit contra Immunitatem Ecclesiasticam, an debeamus opinionem, qua faciat Ecclesia, amplecti? Ex part. 1. tract. 2. Ref. 66. alias 65.

§. I. Respondeo affirmatiue: quod est valde nondum dubium; quia quotidiana. Et ratio est: quia in dubia tenenda est opinio, qua faciat Ecclesia, vt patet ex c. fin. de sent. & re iudicata, & ex l. sum. persona. de relig. & sumpt. funer. Idem docet ex veteribus Felinus in c. 1. n. 104. de constit. Iason, in l. filiorum. §. Dini, n. 82. & in repet. n. 110 ff. de leg. 1. Decian. lib. 3. cons. 80. n. 22. Hondeodus lib. 1. cons. 3. n. 24. nouissimum Bellott, in disquis. cler. p. 1. tit. 6. §. 4. n. 13. & Maynardus de priuilegiis. Ecl. contra Venetos, p. 2. art. 22. n. 61.

## RESOL. CCI.

An Principes statuentes, ne in eorum statu possint adificari de novo Ecclesia, & Monasteria sine eorum licentia, derogent Immunitatem Ecclesiasticam?  
Et an Constantinus Imperator concesserit facultatem, vt Ecclesia per totum Orbem possint adificari? Ex p. 1. tract. 2. Ref. 62. alias 61.

§. I. Scriptum argumenta pro parte negativa adducit Anton. Bouius in respons. pro censuris Pauli V. contra Venetos, quæ postea solide eruit, & impugnat, probans, tale statutum esse contra libertatem Ecclesiasticam. Idem etiam docet Vgolin. in respons. ad Iurie Gymnasi Patauni contra Venetos. c. 6. §. 1. 2. 3. 4. & 5. Collegium Bononiense pro libert. Eccles. contra Venetos, n. 43. Philip. Maynard. de priuilegiis. Ecl. contra Venetos, p. 2. art. 24. per totum Bellot. in disq. cler. p. 1. tit. 6. §. 1. num. 20. Duard. in Bull. Con. lib. 1. can. 15. q. 19. n. 98. Aloysius in praxi, tom. 3. resolut. 207. num. 7. Patres Theologi Religionis feruorum in defens. cens. Pauli V. Ioan. Franc. Fagnan. in tr. de iust. cens. eiusdem Pauli V. p. 2. fol. 26. Ferdinand. de Bastidia in Antidoto contra Paulum Venetum, part. 2. argum. 10. & sequent. Valenzuela in defens. Monit. Pauli V. p. 2. n. 28. & seq.

Tom. IX.

Lupus tract. de liber. Eccles. q. 4. n. 7. & Paulus Comitol. in tr. de apologet. contra Venetos cap. 1. num. 17. qui hoc probat ex multis, & præcipue ex diss. 1. de consecratione, & in particulari ex can. de locorum. Gelasij Papa: ex can. Ecclesia, Nicolai Papa: ex cap. nemo Concilii Aurelianensis: & ex decretalibus sub titulo, de Eccles. adiutor. vel reparandis. & maximè ex Decret. finali. & ex illa, quæ incipit, Ad andiemiam. & ex illo Bonifacij VIII. quæ incipit, Autoritate de priuilegiis. in 6 patet hoc etiam ex auct. de Ecclesia, p. 1. per totam. & auth. ut null. fabr. orat. & hoc. Et licet à Valente, Theodosio, & Arcadio Imperatoribus fuerit prohibitum, Ecclesias adificari sine Principis licentia, vt patet ex l. nemo. C. de relig. & sumpt. funerum. hoc ramen Imperatores illi effecerunt de facto, & propterea totum hoc fuit postea revocatum à Iustiniano in leg. sancimus. §. siquidem, C. de Episc. & Cleric. & in dicta auctoritate. vt null. fabr. &c.

2. Sed audiamus de hac re differentem Cardinalem Baronium in sua Parensi ad Rempublicam Venetiam, quæ tale statutum contra libertatem Ecclesiasticam fecerat, & properè à Paulo V. excommunicata; vbi fol. 15. sic assurit: Exagitatione insuper literis apostolicis: per vos statutū. Ne quis Ecclesias, Monasteria, atque alias religiosas Domos Venetiis, & vbi que locorum Dominio vestro subiectorum sine vestra speciali licentia fundet, & erigat. Quād autem contra ius, fasque id præsumptur, quæ dictū sumus, vos commonebunt. Nam illa occidentalis Imperij culmina augustinissima æquæ, & robore militari potentia, similique doctrina rerum sacrarum conspicua, Carolus, & Ludovicus, cum fatentur super Ecclesias nullum sibi vendicandum esse dominium, verè legitimi laudati sunt Imperatores, vt qui lege scripta professi sūt non tantum in Ecclesiasticarum constructione aliquod ius non esse concessum Imperatoribus, sed neque absque Episcopi licentia domi suæ Oratoriū contruendi habere aliquam facultatē, quod probè cognitum, pragmatica sanctione ita relinquere volvere testatum his verbis, [ Placuit nobis, sicut ab Episcopis, & reliquis Sacerdotibus, ac Dei seruis admoniti fuimus (ne Capella in nostro Palatio, vel alicubi sine permisso Episcopi, in cuius est parochia, sicut.) Si igitur nec Capellam vnam, & in suo Palatio adificandi absque licentia Episcopi, tanti Imperatores facultatem se habere testati sunt, quomodo adificandi Ecclesias, & alia religiosa loca dandi licentiā, vel negandi, vos ita vobis arrogatis autoritatē] Ita Cardinalis Baronius, qui ex aliis exemplis probat, tale statutum infringere Ecclesiasticam libertatem.

3. His omnibus addendum est, quod Constantinus Imperator concessit facultatem, vt Ecclesia per totum orbem possint adificari, vt patet in c. futuram. 12. q. 1. Ergo non possunt Principes, etiam alias absoluti, & imperio non subiecti, revocare priuilegia ab imperio Ecclesia concessa: nam, vt notat Fillius. c. 1. tr. 16. c. 10. n. 270. & alij penes Valenzuelani, ubi supra in defens. Mon. Pauli V. p. 2. n. 36. statuta quæ restringunt priuilegia concessa toti Ecclesia à Deo, Papa, vel Imperatore, tam in spiritualibus, quam in temporalibus, sunt contra libertatem Ecclesiasticam. Quod etiam notauit Maynardus de priuilegiis. Ecclesia; Ex part. 2. art. 22. n. 95. & art. 23. n. 24.

## RESOL. CCI.

An edictum, seu statutum de non adificandis Monasteriis, seu habendis certibus Religiosorum sine licentia Principis, sit contra Immunitatem Ecclesiasticam? Ex part. 1. tract. 2. Ref. 129. alias 128.

R. 3

§. I. Posset